

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XC. In propositione Concionis enuncianda sit 1. perspicuus propter
intelligentiam, 2. brevis propter memoriam.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

inquit; *Exordium non est essentialis pars Orationis, itaque quandoque omittitur in his casibus: 1. Si ex tempore dicendum, 2. Si coram magnis viris dicendum, 3. si ratio temporis id postulet.* D. Lucas Osiander in Libel. de ratione Conc. pag. 38. scribit; *Exordio in Concionibus non semper opus est: Cum enim continuus textus Biblicus explicatur, vicem Exordii supplere potest repetitio eorum, quae in antecedente textu percepta & primaria fuerunt.*

XC.

In propositione Concionis enuntianda sit 1. perspicuus propter intelligentiam, 2. brevis propter memoriam.

Egnyngis.

Propositio est secunda pars Orationis Sacrae, necessaria & principalis seu essentialis, quae Auditori breviter & perspicue, quid deinceps tractaturi simus, exponimus, unde & scopi praesentis & summae Orationis accurata delineatio dicitur. Alstedius in Orat. Lib. IV. pag. 106. scribit; *Propositio dicitur Orationis caput, status, scopus & regina. Hanc igitur, qui omittit, est similis pictori, qui truncum corporis humani*

mani præterito capite effingit. *Propositio in Concione semper & absolute est necessaria*, inquit D. Henr. Mullerus Orat. Ecclesi. pag. 23. quia & scopum Autoris & seriem, medullamq; totius contextus & basin habenda concionis demonstrat. Hinc ejus artificium necessitate & dignitate primum. Est autem *Propositio I.* vel simplex vel composita. Simplex unicuique thema proponit, Composita aliquot themata diversa enumerat, vel distincta membra includit, hinc à quibusdam appellatur *partitio*, h. e. aliquot partibus seu membris constans, seu multiplex propositio. II. est vel *textualis* vel *dogmatica*, illa Methodi *Analyticae* seu *Exegeticae* est, hac *Syntheticae*, illa *Thema*, *summam* seu *argumentum* textus (ad quod reliqua omnia, quæ in textu sunt, tanquam ad principale objectum suum spectant,) proponit; hac *Locum communem*, ad quem textus tota suâ circumferentia suū respectum habet, (ut loquitur D. Carpzovius) sistit. Vitiola propositio est, quæ à textu aliena est, & scopum principalem negligit, textum non exhaurit. Fluat ex textu, eique adæquata sit, ita ut universum ejus ambitum complectatur, eumque plane exhauriat, & cum illo reciprocari queat. Commendat sese in primis *Propositio grata brevitate & perspicuitate*. Pau-

cis, inquam, verbis, iisque maximè perspicuis & planis est efferenda, tardiusq; pronuncianda, aut etiam repetenda, quia pars est Concionis omnium principalissima, summaque continet totius Concionis, quam ritè cognitā, perspectamque habea tauditor, necesse est. Benè B. D. Carpzovius in Hodeget. membr. II. Aph. II. pag. 24. seq. In Propositione scopus ac argumentum tam textus, quàm dicendorum ex textu manifestè apparere debet, absque omnibus involucriis, & §. 3. ibid. Debet Propositio manifestè, determinatè, nudè, breviter ac perspicuè poni; ne incertus aut suspensus maneat auditor, ac ambiguus nesciens, quid expectare debeat. Fallit quosdam vana artificii affectatio, inquit Car. Regius Orat. Christ. Lib. VIII. cap. 7. qui quoniam in fortasse in Rhetoricis figuris sustentationem laudari audiverunt, præclare se putant dicere, si auditor, quid agatur, quod evadere velint, suspensus inquirat, ac divinare non possit. Proinde Propositio non est implicitè duntaxat, more veterum quorundam Orationum proferenda & per totum Homiliae corpus spargenda, nec generaliter saltem, obscure & confuse, sed determinate & distincte formanda, ut scilicet auditor summam, scopum ac metam totius Concionis accuratius percipiat.

Affecto

Alte dius Theol. Prophet. part. I. cap. XIII. Reg.
I. pag. 47. ait; Tres sunt virtutes propositionis;
Prima est breuitas, qva fit ut propositio neque
supervacaneis redundet, neque sit vestita ulla
amplificatione, *secunda est popularitas*, qva fit,
ut in propositione adhibeantur vocabula in
vulgus nota. *Tercia est perspicuitas*, qva fit, ut
propositio, fundamentum illud totius tracta-
tionis, verbis perspicuis proponatur, qvz ab
omnibus possint intelligi. Quidam Concio-
natores hac proponendi ratione olim usi sunt
qvà dixerunt se velle 1. explicare textum, 2. o-
stendere, qvi Loci, sive qvz doctrinæ inde de-
duci qveant, vel se monstrare velle prælecti
Textus sensum & usum, Explicationem & ap-
plicationē, sed qvia hâc ratione nec determi-
nate, nec manifeste, quid tractare velint, pro-
ponunt, sed qvōmodo rem suam tractare ve-
lint, indicant, & alias auditorio notū est, qvōd
in omnibus concionibus & textus & usuū ha-
beatur ratio, ille propositionē formandi mo-
dus merito inter non imitanda refertur à Ni-
col. Rebhan in Concionat. cap. VII. monit. XI.
p. 250. seq. & D. Carpxovio loc. jam cit. §. 4. Ca-
veat etiā Concionator, ne propositionis loco
ponat *Locos Communes*, qvi postea demum ex
textu eruendi. In *Methodo* quidem *Syntbe-*

Mm 4

tica

rica propositionis loco ponitur *locus communis*, (v. g. doctrina vel articulus fidei, genus quoddam virtutis aut vitii &c.) ad quem totus textus totâ suâ circumferentiâ suâ respectum habet, aut Locus ille ab usu & praxi ejus accurate distingvendus. Usus & praxis Loci ejusmodi Communis loco thematis propositi propositionem ipsam ingredi non debet. Uti enim in Methodo Analytica distingvi debet Textus Exegesis seu explicatio, ab ejusdem usu & applicatione, ita quoq; in Methodo Synthetica discernenda propositi Loci Communis explicatio ab ejusdē applicatione & praxi. D. Aegid. Hunnius quidem in Methodo Concion. pag. 12. Edit. in Octav. non tantum Loci Communis usum & applicationem, sed ipsum quoque locum & doctrinam à propositione abesse vult; *Diligenter, inquit, observandum, ne proponantur in propositione Loci Communes, seu Doctrina, quæ demum ex textus paraphrasi nascuntur, & proinde ordine naturæ textu ipso sunt posteriores. Ideo non Loci Communes, sed ipse textus, vel unâ quadam propositione comprehensus, vel in præcipua sua capita seu partes distributus ad docendum proponatur.* Sed bene observat D. Gœbelius Methodol. cap. X. §. 2. pag. 222. Monitum hoc Hunnii solam spe-
ctare

ctare Methodum Analyticam, & Paraphrasticam, cui Methodi suæ leges unice consecravit, unde & ipsa Methodus Analytica seu Paraphrastica, à quibusdam *Hunniana* appellata est, *Hunnum* fere sequitur *Rebhan* in Concionat. c. VII. Monit. 12. pag. 252. seq. ubi similiter Locos Communes proponere vetat &c. Interdum *sententia* aliqua insignis ex textu prolixiori excerpitur & Synthetice tractatur. Nunquam *adagium* seu proverbium acutum Thematis loco ponitur, & textus beneficio explicatur & probatur, v. g. *Funus, Fœnus, Je grôser Noth/je näher Gott. Dulce, Amarum, &c.* sed videndum, ne sint adagia ejusmodi *obscura, nimia, affectata, levia, aculeata*; Nam si *obscura* sint, quis intelligit? si *nimia, obscuritatem* (& tedium) *invehunt*, si *affectata, contemptum*, si *levia, risum*, si denique *aculeata, odium* pariunt. ut bene monet *Beckerus* Orat. Extemperanei pag. 47. Per symbola, Emblemata & Imagines concionari, *habet quidem aucupium quoddam novæ & gratae delectationis*, ut loquitur *Causimus* Lib. XIV. de Eloquentia pag. 961. sed observandum hic tritum illud; το μὲν ἀγὰρ ἀγιστον, *ne quid nimis, optimum est.* Et recte monet *Wijack* Jesuita Modo XI. pag. 53. & Modo XII. pag. 63. quod Symbola ista & Emblemata debe-

Mm 5

ant